arbitrium [illegible] [illegible] peccato [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] per concupiscentiam [illegible] mali [illegible] [illegible], [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vitiatum seu infirmatum [illegible]

[illegible] [illegible] ex ratione: voluntas humana [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] seu exerciti [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
operandum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et non [illegible] [illegible] haberi
minori deberet; sed hoc [illegible] [illegible] non [illegible], [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] maiori [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] concupiscentia [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] operandum [illegible] [illegible]
deberet [illegible] operandum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] indifferens, sed de hujus mundi creatio:
ne [illegible] indifferens [illegible] indifferentia activa, sive tali, qua
[illegible] potentia [illegible] potuit [illegible] determinare ad
producendum mundum [illegible] extrinseco se determinante non
[illegible] quum igitur [illegible] nostra indifferentes sint indifferen
tia activa nullo indigent extrinseco determinante ad [illegible],
sed se ipsas determinant [illegible] ipsa [illegible]
[illegible] docet. [illegible]
[illegible] ipsa det:
[illegible]
ad providendum [illegible] exercitii. [illegible]
creata [illegible] se ipsa [illegible] determinari [illegible]
[illegible]
[illegible] intelligi [illegible] se ad [illegible] deter
minat, ita intelligi [illegible] qualibet alia res creata a non
agendo se [illegible] determinet, [illegible].
[illegible]
[illegible] distinguo [illegible] intelligi [illegible]
[illegible] se ad [illegible] determinat [illegible]
qualibet alia res creata [illegible]
illius concursu a non agendo [illegible]
[illegible] intelligi [illegible] qualibet alia res creata [illegible]
[illegible] a non agendo [illegible]
[illegible] creationis [illegible]
necessaria [illegible]
[illegible]
non efficit [illegible] concurvat [illegible] non [illegible] non capiat sicut

[illegible] contingit in causis necessariis. Quod tale esse vellit [illegible] Thomas pluribus in locis, ubi docet Deum naturas [illegible] non evertere, sed continere et conservare velle, ita ut naturis illis [illegible] actio et illarum motio.

[illegible] Deus movendo creaturas [illegible] illas ex necessitate movet et agit, ergo etc. [illegible] Deum [illegible] cui resisti nequit. voluntati enim ejus quis resistet? ad [illegible] Romanorum [illegible] sed agens cui resisti nequit, ex necessitate movet et agit; ergo Deus movendo creaturas ex necessitate movet, etc.

[illegible]

[illegible] non [illegible] [illegible] resisti [illegible] ex necessitate movet et agit [illegible] illa [illegible] [illegible] quod movet non [illegible] do [illegible] [illegible] [illegible] Deum [illegible] ex necessitate [illegible] [illegible] illius operationi sit cui non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aliquo modo resisti [illegible] conquirere possit natura [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] Thom. sed ex [illegible] examinare [illegible].

[illegible] validius [illegible] [illegible] [illegible] voluntate [illegible] intellectui [illegible] [illegible] [illegible] rationes ibi [illegible], quin illa [illegible] illi [illegible] non ita ab illo pendere, ut ab illius ultimo [illegible] necessario determinatur [illegible] [illegible] determinare [illegible], tum quia et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] de [illegible] [illegible] valeat voluntas [illegible] tate determinare [illegible] amoris nostri conditione, temperamento, et [illegible] astri plurimum [illegible] juxta nonnullos pendere [illegible] verum inde inferri nequit [illegible] in suis operationibus, saltem per accidens a corpore cui unitur dependeat [illegible] juxta illos, ut haec nos cogant et rapiant [illegible] [illegible] temperamentum [illegible] dicant, ut sentiamus vim quamdam, quae nos alliciat, [illegible] moveant, cogere vero, et rapere [illegible] libertate arbitrii in nobis [illegible] a divina praescientia [illegible] justinus sive auctor quaestionum ad [illegible] [illegible] non est praescientia causa ejus quod futurum est sed id quod futurum est causa praescientiae; siquidem non praescientiam consequitur futurum, sed futurum consequitur praescientia. [illegible] Augustinus, sicut tu memoria tua non cogis facta esse quae praeterierunt: sic Deus praescientia sua non cogit facienda quae futura [illegible] in Theologia autem [illegible], ubi de divinis attributis agemus, omnia argumenta quae ex divina praescientia contra libertatem humanam [illegible] afferri [illegible] singulatim solvemus.

[illegible]

[illegible] Theologiae naturalis

Theologia Naturalis, cujus amplissimum [illegible] [illegible] Theologiae sacrae fontibus et [illegible] intelligentia [illegible] naturalis [illegible] per [illegible] [illegible] homines qui eximie

auctoritatis Ecclesiae jugo [illegible] abstrahunt, et suos errores [illegible] antes, e nomen [illegible] quod idem sonat, ac sermo de Deo. Definiri potest haec facultas scientia de Deo, vel rebus divinis, aut scientia eorum, quae Deo insunt et eorum quae per ipsum fiunt vel fieri possunt. Porro [illegible] ex vera hujus facultatis [illegible] liquet ex eo, quod sic accepta a qualibet alia facultate distinguatur. Haec enim sola habet pro objecto ipsum Deum. Dicitur autem naturalis, quia de hoc suo objecto agit lumine naturali seu [illegible] de illo disserit, quae [illegible] ratio naturalis circa illud consequitur. Quatuor sectionibus hanc dissertationem absolvemus; in prima considerabimus Deum in se, seu absolute, [illegible] de Dei existentia, essentia, et ejus praecipuis attributis verba faciemus: in altera vero Sectione Deum considerabimus relative [illegible] ordine [illegible] ad creaturas et [illegible] loco agemus de Deo omnia conservante, cum causis ad actiones concurrente, movente et omnibus providente. Postremo ostendemus Deum esse supremum hominis [illegible] et [illegible] erroribus Theologiae naturali adversis [illegible] adjungemus.

Sectio Prima.

De Dei existentia, essentia et praecipuis ejus attributis.

Quamvis nimirum hic [illegible], et cuncta, quae [illegible] videmus aperte Dei existentiam significent, tanta tamen [illegible] fuit [illegible] insania, ut [illegible] modo non est ut si non animo, ore tamen negarent, ac eos aliquando [illegible] Deum, sicque omni vivendi libertati fores aperuerint. Tales inveniuntur hinc et Augustinus, [illegible] iniquitates [illegible]

9º

impleatur in eis quod scriptum est: dixit insipiens in corde suo: non est Deus. insania ista paucorum est. Inter veteres eos qui Atheismum professi sunt, numerat Sextus Empiricus lib. 9 contra Mathematicos Diagoram Melium, Prodicum Ceum, Euhemerum, [illegible], Theodorum, Protagoram Abderitem, Critiam aliosque. Postremis vero hisce temporibus noti sunt [illegible], Lucilius quidam origine Italus, qui disseminato per Galliam errore Tolosae combustus est. Alter vero idem supplicium sustulit qui ex calvinista factus Atheus. Mersennus refert scripsisse librum de arte nihil credendi, in quo illud verissime diceret: oportere prius calvinistam fieri, qui Atheus esse vellet. Hunc errorem denique secuti sunt Tolandus, et Spinosa qui ratione idem nomine sed non fide christianus Atheismum docuit, unam tantum rerum substantiam in rerum natura, quam Deum nominabat. Huius proprietates nominabat cogitationem et extensionem, ac quas particulares res veluti modi [illegible]. Contra hos omnes itaque videndum modo utrum existentia Dei lumine naturali ostendi possit, et quoniam triplex est demonstrationum genus, aliae scilicet sunt demonstrationes morales, quae ex principiis moralibus ad mores spectant, virtutes ac vitia pertinentibus, aut ex Historia, et gentium omnium consensu deducuntur, aliae physicae quae ex mundi huius adspectabilis contemplatione derivantur, aliae denique metaphysicae quae ex entis necessarii et a se notione desumuntur. His omnibus utemur quidem in primis demonstrationes morales, quae doctis aeque ac indoctis convincendis claritate sua sunt propriae accommodatae.

Paragraphus Primus.

Demonstratur existentia Dei.

Argumentum primum morale. Evidens est evidentia morali existentia Dei. Illud existere omnes homines agnoscunt paucis scelestis exceptis: sed omnes homines paucis exceptis Deum existere agnoscunt: ergo evidens est evidentia morali Deum existere majore certe, saltem nec evidens nobis est existere [illegible], nec [illegible] esse existisse. Minor probatur, atque de Dei existentia communi consensu ostenditur ex Seneca qui testatur, nullam gentem adeo esse extra leges moresque projectam, ut non aliquos Deos credat. Tullius etiam hoc idem testatur, dum libro de Legibus ita loquitur: nulla unquam gens neque tam immansueta, neque tam fera existit, quae non etiamsi ignoret qualem (Deum) habere debeat, tamen habendum sciat. Hunc ex omnium populorum consensum ex profanis scriptoribus affirmant etiam Plato, Aristoteles, Diodorus Siculus, aliique, quos longum esset recensere. Ex scriptoribus autem sacris satis est Hieronymi qui in epistola ad Nepotianum scribit: Omnes gentes [illegible] unum Deum agnoscunt. Barbarorum feritas, et Politorum turba populorum strictorum suum in cultu nominis ejus fregerunt melos, et totius mundi una vox est: Deus est. Nec juvat, nonnullos contrarium sensisse, ut supra monui. hi sane vim argumenti non eludunt, siquidem satis [illegible] dicitur alii, potius, paucos cavillos sui [illegible], qua genere omnes gravissima ac etiam evidentia momenta habentes pro existentia Dei.

Accedit, quod qui honeste vivit, et agit, quandam laetitiam internam sentit; qui vero, patrat scelus aliquod expavit

tristitia et horrore, etiamsi non palam et in luce hominum, sed clam, et sine teste ab illo patratum fuerit. Haec autem laetitia de recte facto, et tristitia de malo patrato in nobis certe non haberetur, nisi existeret Deus, qui summam sui reverentiam nobis indidit. Cur enim timet scelestus? non homines, quos crimen latet, non ipsum scelus, cujus voluptate potius allicitur: ergo numen supremum, ut adeo recte Tertullianus in Apologia contra gentes cap. 17 ita dixerit, hoc est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt.

Atque hinc patet, sit notionem Dei, quam nos habemus, inter infantiae praejudicia, ut Atheus fortassis contendat, non nisi falso et temere constitui posse. Nemo enim sine maximae temeritatis nota contenderit, potest in vetustissimis Philosophis qui maxime in prisco antecessit temporibus habiti sunt, etiam etiam merito optimoque jure habentur, praejudicatas opiniones adeo valuisse, ut prohibuerint prorsus, ne verum in re tanti momenti eam aliquis viderit. Praeter recensitos adest Trismegistus qui ita praeclare de Deo scripsit, ejusque naturam tam singulariter expressit, ut eam a Moise doctrina hausisse videatur. Huic accedit Thales Milesius, quem sequitur Anaxagoras Clazomenius, qui dixit: una omnes res erant, mens vero distinxit illas, decenterque composuit. Quam plures alios hoc enumerat Lactantius in sua Teologia nati, quos jure status gratia juvabit quamvis nonnulli, quamvis parum caute de Deo interdum locuti fuerint quum plures Deos admisisse videantur, verisimillimum tamen est ostendi clarissimus (Aristoteles ... tertius sui

plures esse Deos credidisse, ut multa minora numina [illegible] so-
Summi Numinis legibus parere, judicaverint

Secundum argumentum physicum a Crisippo confectum et a Tullio relatum 2° libro de natura Deorum: si est aliquid in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod potestas humana efficere non possit, est certe, quod illud efficit homine melius; atqui res celestes, omnesque eae, quarum est ordo sempiternus, ab hominibus confici non possunt; est igitur id quo illa conficiuntur homine melius. Id autem, quod potius dixeris, quam Deum? Etenim si Dii non sunt, quid esse potest in rerum natura homine melius? in eo enim solo ratio est, qua nihil esse potest praestantius. Esse autem hominem, qui nihil in omni mundo melius esse, quam se, putet, desipientis arrogantiae est; ergo est aliquid melius; est igitur profecto Deus. Huiusque Crisippus, qui paucis, sed clare ex mundi constitutione ostendit existere Deum rerum omnium [illegible], cui argumento [illegible] et alterum ex mirabili structura corporis nostri, quae si diligenter considerata fuerit [illegible], nemo tam evidenter quin intelliget huius tam pulchrae imaginis auctorem non nisi Deum esse potuisse. Ita, ut inquit Mercurius Trismegistus, quis unquam fuit oculorum pictor, quis nares, auresque tornavit, quis labia distendit oris, quis nervos tetendit, atque ligavit, quis irrigavit venas, quis ossa congessit solidata, quis denique in tota materia singula naturae, vidique dimensa, nec non propriis [illegible] diversa constituit? [illegible] hoc solus ipse invisibilis Deus cuncta, pro sua voluntate [illegible]

Porro haec omnia tam mirabilia homini constitutiva [illegible], quae tanto artificio, ordine et proportione in hoc humano

orbe facta sunt, et conservantur, quilibet, dummodo mente sanus sit, persuadere debent, se non a fortuito atomorum concursu, sed ab artifice summo, sapientissimo Deo existentia ra[illegible]. Quare ~~[illegible]~~ de natura sua Tullius libro 2do de nat. deorum sic redarguit Epicureos volentes mundum ex fortuito atomorum concursu coaluisse. Si mundum, inquit ille, efficere potest concursus atomorum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest, quae sunt minus operosa, et multo quidem faciliora? Ista temere de mundo effutiunt, ut mihi quidem numquam hunc admirabilem coeli ornatum suspexisse videantur. Nulla igitur ratione credi debet, ex fortuito atomorum concursione mundum hunc aspectabilem conditum fuisse.

Tertium argumentum Metaphysicum. Omnis res, omnisque causa in tota rerum, et causarum collectione existens, vel est facta vel non est facta; sed non omnis res, nec omnis causa in tota rerum collectione existens est facta; ergo datur aliqua res, sive causa existens in tota rerum et causarum collectione, quae non est facta. [illegible] Nam inter duo contradictoria qualia sunt facta, non facta, quae his duabus aequivalent aliquo modo ea, et non ea, nullum datur medium. Probatur minor. Si omnis res in tota rerum collectione existens est facta, haec vel a se, vel ab alio facta; sed omnis res, omnisque causa in hac rerum collectione existens, neque a se, neque ab alio facta est; ergo etc. Maior patet certa, quia si quid daretur medium inter haec duo a se vel ab alio, esset utique hoc a nihilo, a quo certe aliquid fieri prorsus est impossibile, ut evidenter colligitur ex pronunciato illo: nihil nullo [illegible]

nemo est, quod non habeat vim vincere suam primam partem existens; existens siquidem, idem primo producere non posse seipsum, ut diximus in Ontologia, ubi de causis verba fecimus. Ostenditur itaque minor. Omnis res, omnisque causa in tota rerum collectione existens non est facta ab alio existente extra hanc totam rerum, et causarum collectionem, siquidem extra illam nihil est, quod sane, ut diximus, aliquid producere non potest. Non est facta ab alio existente intra totam rerum collectionem, siquidem sic admittere deberemus mutuam causalitatem, quam in sectione de causis repugnare ostendimus; ergo omnis res, omnisque causa in hac rerum collectione existens non est facta ab alio; ergo aliqua res, et causa existit a se; ergo existit Deus, quae consequentia legitima est, quum infra ostendemus, principium illud a quo omnia dependent, Deum esse. Hoc argumentum, quo paucis immutatis fere omnes ulterius ad demonstrandam Dei existentiam procedunt, et adversariis admittentibus processum in infinitum, ex quo postea non eliciunt argument, sed efficiunt non existere Deum, siquidem hoc etiam admisso idem robur habet, et servat.

Sequitur alterum argumentum quod non est minoris momenti, ac sit praecedens. Omnia entia existentia, nec sunt intrinsecus necessaria, nec omnia contingentia; non primum, quia ultra omnium productionem omnia existerent, consequenter omnia sunt necessaria, et aeternissima, quod adeo falsum est, ut nulla indigeat probatione. Non secundum, quia ultra modo productionem omnia quia entia contingentia sunt de se indifferentia ad existendum, ac proinde insufficientia quae a se ipsis determinari nequeunt, ut quisque fateri debet, dummodo sermonis conscius sit; ergo existit ens necessarium, in quo continentur ratio cur entia contingentia existunt; sed hujusmodi ens necessarium est Deus; ergo etc. Nec valet, quod

introducere processum in infinitum, quo nonnulli ex adversariis sentiunt contingentibus tribuere sufficientiam ad existendum. Nam etiam hoc admisso nihilominus etiam entia contingentia insufficientia forent siquidem insufficientia si insufficientiae addatur etiam in infinitum numquam sufficientiam causare potest, sicut paupertas si in infinitum addatur, paupertati numquam divitias faciat.

Quid his duobus argumentis respondere valeant Atheistae non video. Scio, hoc effugium illis familiare esse: omne ens existit contingenter, et ab alio si distributive, non vero si collective sumatur. Responsum sane, et effugium ita miserabile, ut nullam attentionem a Viris qui primoribus labiis Dialecticam degustarunt, mereatur. Ceterum illis satisfacere placet, ut delirium suum, si fieri possit, agnoscant. Necessitas et contingentia in existendo sunt attributa, quae rei intrinsecus conveniunt non secus, ac rationalitas competit homini: quemadmodum igitur ex eo, quod quilibet homo distributive sumptus est animal rationale, sequitur nullum hominem esse, qui non sit animal rationale, ita etiam ex eo, quod quodlibet ens distributive sumptum est contingens, et ab alio sequitur nullum esse ens, quod non sit ab alio, et contingens; ergo si verum est, omne ens distributive acceptum esse contingens et ab alio; erit verum etiam collective, si nullum plane sit, quod a se, et necessario existat.

Confirmatur iterato in hoc universo materiae motus, quo effectus in ea continuo varii, et plurimi contingunt; sed materia utpote de se iners sui motus principium esse nequit, ut dictum est de causis materialibus, et probat dictum illud quidquid movetur, ab alio movetur; datur igitur Deus, qui talis motus auctor, et principium est. Quod enim aliud ens hujus motus principium [struck] principale esse dicemus?

Opones primo. Existentia Dei ē articulus fidei dicente Apost. ad Hebreos cap. 11 v. 6. accedentē ad Deū oportet credere, quia ē. ergo nequit ratē naāli demonstrari; quod enim fide divinā certo habendum est, excedit mentis humanæ capacitatē.

Rideo disto ants: existentia Dei ē articulus fidei, hoc ē ad-admitti debet per fidē si per rationem non innotescat ido ants. ē articulus fidei adeo ut non nisi per revelaōnē cognosci possit nego ants. et conqua. Accedense ad Deū oportet in primis illius existentiam fide tenere, si per lumen naāle sibi perspecta non fuerit; quod si lumine nāāli illius existentiā agnoverit, hinc sibi satis consultū habet, si piam credendi affectum habeat.

Opones sēo. Entia contingentia sunt perfectionis finitæ. Deus vero ēst infinitæ perfectionis. ergo ex entibus contingentibus existentia Dei demonstrari nequit, siquidē quod ē finitæ perfectionis non ē mediū proportionatū ad demonstrandā causā infinitæ perfectionis.

Rideo concesso ante ido conquā; cujus implicitā probaōne sic ergo: quod ē finitæ perfectionis non ē mediū aptū, seu proportionatū ad demonstrandā causā infinitæ perfectionis quoad quid ē ido, quoad an ē nego propositionē sequitur quidē æqualitas perfectionis immediato, quo quis utitur ad demonstrandā essentiā rei, quæ æqualitas, quum non habeatur inter Deū, et creaturas, utpote finitas, et limitatas existentia Dei demonstraōe, quæ dicitur quoad quid ē esse nequit. At non requiritur æqualitas perfectionis inter Deū, et creaturas, ut ex iis Dei existentiæ demonstraō habeatur, quæ dicitur quoad an ē; sed satis ē connexio, quæ intercedit inter creaturas, et Deū earumdē creatorē.

cum ex hac connexione legitime infertur hoc consequens: existit creatura; ergo existit creator, quem non nisi Deum, in cujus dicione creaturae sunt posita, e supra ostendimus.

Instabis primo: existentia entis contingentis non est necessario connexa cum existentia Dei; ergo ex illa hoc inferri nequit. Probatur antecedens: si entia contingentia essent necessario connexa cum existentia Dei, necessario existerent; sed entia contingentia necessario non existunt; ergo etc.

Respondeo distinguo antecedens: existentia entis contingentis non est necessario connexa connexione mutua cum existentia Dei, concedo antecedens; connexione non mutua nego antecedens. Ad cujus probationem distinguo maiorem: si entia contingentia essent necessario connexa connexione mutua cum existentia Dei necessario existerent, concedo maiorem; si essent connexa connexione non mutua, necessario existerent nego maiorem, et consequentiam concessa minore, nego consequentiam. Duplex est connexio, alia est mutua, et alia non mutua; illa habetur inter duo, ex quorum uno aliud, et ex hoc alio illud rursus inferri potest, sic sol mutuo connectitur cum luce diurna; connexio vero non mutua intercedit inter duo, quorum unum sine alio licet haberi non possit, sine aliis hoc tamen aliud absque illo haberi potest, sic creaturae connectuntur cum Deo. Quare existente sole licet necessario existat lux diurna; tamen existente Deo necessario non existunt creaturae, siquidem inter unum et aliud non habetur eadem mutua connexio.

Instabis secundo. Creaturae sunt contingentes, Deus est ens necessarium; ergo sicuti ens necessarium potest existere quin existant entia contingentia, ita creaturae contingentes existere possunt, quin existat Deus: ergo stat, primum ex creaturis Dei existentiam inferri non posse.

Dico concesso antecedente nego [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contingens non habet necessariam [illegible] existendi, et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] necessario in [illegible] [illegible] [illegible] necessarium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aliorum entium. [illegible] [illegible] alia assignari [illegible] quia ex ente contingente vero de facto [illegible] consequens necessarium [illegible] v.g. loquor. ergo possum loqui; quae consequentia est legitima [illegible] valeat illatio ab actu ad potentiam; a contradictorio consequentis ad contradictorium antecedentis [illegible] [illegible] necessario [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] necessarium qui [illegible] termino [illegible] [illegible] fundamentum [illegible] necessarium [illegible] non [illegible], [illegible] non est necessarium. ergo [illegible].

[illegible] [illegible] creatura [illegible] in [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] suae existentiae illa [illegible] [illegible] [illegible] collective, ergo [illegible] ens necessarium [illegible] existere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] existentiae, [illegible] [illegible] ens contingens [illegible] existat ens necessarium. [illegible] Non repugnat [illegible] in infinitum in causis efficientibus nec valet argumentum a sensu distributivo ad collectivum [illegible] [illegible] medium demonstrationis [illegible] necessarium [illegible] creatura sunt contingentes [illegible] [illegible] [illegible] demonstrationi; [illegible] ex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible], ad hujus probationis [illegible] primam partem [illegible] [illegible] non valet argumentum a [illegible] [illegible] [illegible] collectivum, si [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] nego [illegible] partes [illegible] creaturae [illegible] sint [illegible] in sensu [illegible] tivo debeant quoque ea in sensu collectivo, supra [illegible] se sive repugnet sive non repugnet processus in infinitum in causis, semper stat causam [illegible] quae [illegible] ut tota [illegible] collectio [illegible] sit ut [illegible] composita [illegible] demonstrationis [illegible] necessitate hipotetica, et connexionis [illegible] necessaria [illegible] et [illegible] non sint, simpliciter, et absolute necessaria, [illegible] sunt in necessaria necessitate hipotetica, et connexionis, quia in [illegible] necessario [illegible] et [illegible], cum [illegible] metaphysice connectuntur [illegible] a se, aut per [illegible] nullius [illegible].

[illegible] plura simul. [illegible] existeret ect [illegible] amplius est in hoc [illegible] summo bonum [illegible] omne [illegible] destruit omne [illegible] S. Augustinus [illegible] non existere [illegible] summe [illegible] existeret [illegible] hominum, et [illegible] cur boni premerentur [illegible] mali [illegible] mali [illegible]

cura haberet; Quarto et ultimo, cum negotia potius pro ratione virium, et industriæ ubiter succedant quam pro bona justitia. omnia sane probant vel non existere Deum, vel illum non esse [illegible] [illegible] quod idem habere est ac illum non existere.

Ad primum argumentum: Deo, summum malum [illegible], quidem summum bonum, non vero summe bonum destruere omne malum. [illegible] primum est, quia si existeret summum malum utpote omni [illegible] absolutum careret libertate, ac proinde necessario destrueret omne bonum quod sibi contrarium est; contra vero summum bonum est primum et supremum liberum atque adeo, si omne malum destruere si vellet, et aliquod malum pro libera sua electione permittere. Neque ex hac responsione colliges Deum fore crudelem, si omnia mala destruere posset, et non vellet. pessima siquidem est illatio. Placuit Deo suam bonitatem [illegible] manifestare et submittere hominem in manu consilii sui, ut homo libertate sua [illegible] [illegible] [illegible] et tunc illius misericordia elucet et ut homo illa abutens scelera perpetrando malis pariter [illegible] afficiatur, et hinc appareat illius justitia.

Ad reliqua tria argumenta respondeo magnum esse discrimen inter providentiam supremam et universalem, et inter providentiam politicam, et particularem [illegible] ut [illegible] suo fine habet [illegible] æternam; hæc vero habet felicitatem temporalem. Spectat quidem ad providentiam politicam et particularem impedire [illegible] [illegible] impiorum prosperitatem bonorum vexationem, et alia hujusmodi, ex quibus et reipublicæ tranquillitas turbatur. Verum hæc non spectant ad supremum provisorem, qui scit, ut quæ [illegible] sit

corona martyrum, quae non esset si in potestate hominis non esset bona facere, et mala perpetrare. Porro nec misericordia illius eluceret, qui superveniendo [illegible] allevat eum, neque sapientia, nec [illegible] et omnipotentia, et bonitas Dei, qui sapientia, et potentia sua etiam de malo eruit bonum, ac de illo bene agit ut docet S. Augustinus in Enchiridio.

Aliis de causis etiam non pertinet ad Deum impiorum prosperitatem impedire. Primo ut intelligant, justi quanta sint bona amicis promissa si tanta sunt inimicis concessa, quae tamen boni non debent nisi terrenas, et temporanea sint. Secundo ut eluceat divina justitia, quae impiis etiam pro aliquo morali bono opere, praemium naturale retribuit. Non pertinet vero piorum hominum temporalia mala et vexationes impedire ut eorum patientia exerceatur, et animi soliditas [illegible] [illegible] in infirmitate perficitur, inquit S. Augustinus in [illegible] [illegible] noli putare malos esse in hoc mundo, et nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur, aut ideo vivit ut per illum bonus exerceatur. Non pertinet denique [illegible] [illegible] cuiuslibet [illegible], ut appareat supremum Dei dominium in omnia entia, [illegible] supremus Dominus [illegible] vult.

Paragraphus Secundus
De essentia Dei

Deus est ens omni compositione expers, simplicissimum, infinitum, aeternum, immensum, perfectissimum, nemo cui similitas sit inventus, qui in [illegible] [illegible]

quorum, quo praedicato statuenda sit illius essentia metaphysica nemo est qui hoc sibi atque vendicat ut Simonides interrogatus tunc ab Hierone tyranno, ut refert Tullius lib. primo de natura deorum, quid sit Deus, sibi unum diem ad deliberandum postulavit; postridie, cum idem rogaretur biduum, hoc elapso, quatriduum sibi proposuit. Causam dicere jussus, cur ita deliberationis tempus duplicando continuo expetteret, respondit, quia quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Quamvis tamen propter angustiam et caliginem mentis nostrae, quae sit Dei natura nihil nos clare distincteque videamus, de illa nihilominus philosophari licet, ut aliquam divinae naturae notitiam (qualis cumque demum ea sit obscura et confusa) assequamur. Quare inter tot hujus rei opiniones quas [illegible] recensere et enumerat Joannes Martin Teologus primarius Complutensis, quas tamen ad 4 commode reduci posse ait, sentit modernus Philosophus amplectemur communiorem tum Theologorum, tum Thomistarum, quae statuit et defendit in his duobus praedicatis esse a se essentiam metaphysicam Dei recte constitui.

Conclusio.

Ens a se, sive aseitas est essentia Metaphysica Dei.

Probatur propositio. Illud praedicatum dicitur essentia metaphysica Dei, quod primo constituit et distinguit Deum ab omni non ipso, et est radix, et origo caeterorum ejus attributorum. Sed ens a se seu aseitas est hujusmodi praedicatum. Ergo ens a se, seu aseitas est essentia metaphysica Dei. Major patet ex notione essentiae metaphysicae. Minor probatur. Illud praedicatum, quod antecedit aseitatem. Et si quis a nobis quaerat [illegible] ens a se, respondemus solum

[illegible], sed [illegible] seu [illegible] a nobis non [illegible]. [illegible] alia [illegible] in praedicatu, quae primo [illegible] asseitas, [illegible] a se, seu aseitas e illu praedicatu, quae primo intelligitur, [illegible] praedicatur [illegible], quae aseitas, [illegible] sit [illegible] attributa quae [illegible] [illegible] non ipse [illegible] infinita, quae sit radix, et origo [illegible] attributorum. Nulla [illegible] quae sit [illegible] nulla est, ut [illegible] in praesenti questione, [illegible] habet [illegible] sufficientem [illegible] attributa [illegible] omnibus ipsa aseitas, radix, et origo aliorum [illegible] summe perfectum [illegible] [illegible] sed [illegible] nullum [illegible] sit summe perfectum nisi sit a se [illegible], quod alio indiget ad existendum, [illegible] omne ens, quod a se non existit non est summe perfectum; ergo aseitas est radix et origo omnium [illegible] attributorum, et [illegible] essentia metaphysica [illegible] recte statuitur in aseitate, seu aseitate.

Confirmatur. [illegible] impedit prout [illegible] [illegible] Deo et creaturis, [illegible] essentialiter asseitate, et [illegible] ergo sicut essentia metaphysica [illegible] in [illegible], ita aseitas e [illegible] metaphysica [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nostra [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contrariis.

Solvuntur Objectiones

[illegible] dumtaxat [illegible] adversariorum argumenta [illegible] [illegible] reliqua quae nobis opponi possent [illegible] [illegible]

sic enim veritati dicebo, et vos nihilominus, quomodo illa qua opus ē
lectione ac meditatione utamini, quae nonnulli per contrarias sectiones ha-
bent capienda. Sit itaque prima. Deus est id quo melius excogitari
non potest: sed id quo melius excogitari non potest est complexus omnium
perfectionum: ergo Deus est complexum omnium perfectionum; atqui in
hoc complexo essentia Dei metaphysica ē reponenda, quod confirmo.
Essentia Dei metaphysica constitui debet in illo primo praedicato
quod primo constituit, et distinguit Deum ab omni non ipso et est radix,
seu origo omnium divinarum perfectionum, seu supremum praedicatum
complexum: ergo praedicatum complexum divinarum perfectionum ē essen-
tia metaphysica Dei.

Respondeo concedo maiorem, ergo minorem: est id, quo melius excogitari non potest
in ordine physico seu ē in linea entitatis physicae ē complexum omnium
perfectionum concedo minorem: est id quo melius excogitari non potest in linea
entitatis metaphysicae ē complexum omnium perfectionum nego minorem. et
distinguo consequens; ergo Deus est respectu quoad suam entitatem physicam
complexum omnium perfectionum concedo consequentiam; ergo Deus est respectu
quoad suam entitatem metaphysicam ē complexum omnium perfectionum.
Ad primam nego consequentiam. Nam sicut omnipotentia, sapientia
etc. licet sint maxime in omni linea perfecta, formaliter tamen non sunt o-
ptima, nisi in linea omnipotentiae, sapientiae etc.; ita complexum licet
complexum omnium perfectionum realiter sit id, quo melius excogitari ne-
quit, non formaliter seu metaphysice et in ratione [illegible] constituat
summa a se existendi sufficientiam. Ad confirmationem ergo nam
essentia Dei metaphysica constitui debet in illo primo praedicato quod
primo constituit, et distinguit Deum ab omni non ipso, et radix [illegible]
formalitatis a se [illegible] complexum omnium perfectionum nego minorem,
sicque distincta minorem nego consequentiam. Essentia metaphysica Dei

inferre debet omnem perfectionem per modum radicis, quod essentia metaphysica cujuslibet rei constitui debeat in eo praedicato, quod primum concipitur in ipsa, et non per modum totius tanquam partes inclusas in ipso toto, ut contendunt adversarii.

Sequitur alterum argumentum, illud attributum in ratione metaphysica est Deo essentiale, quod est prima perfectissima vita, seu purissimus actus. sed hujusmodi est actus intelligere; intelligere enim est omnium perfectissima vita in actu ideo; ergo in actuali intellectione etc. Probatur major: Divina essentia formaliter adaequate est actus purus perfectissimus.

Resp. ad majorem. Ratio est, quia essentia metaphysica debet constitui debet per id, quod est prima, et dicatur radix perfectissimae vitae etiam in divinam perfectionem. Ad ejus probationem, aeque omnes divina essentia est actus purus, perfectissimus, prout opponitur potentiae logicae, et physicae, ideo omnes; prout opponitur potentiae metaphysicae nego omnes, et ratione est: triplex est potentia, cui respondet actus, scilicet potentia logica et objectiva, quae est in omni natura creata, quae est potentia essendi, et non essendi, et huic opponitur ens necessario existens. Alia est potentia physica quae est receptiva, et perfectibilis ab actu realiter a se distincto, et huic opponitur ens habens omnes perfectiones. Potentia denique metaphysica est illa, quae habet suas perfectiones formaliter extraneas, a radice metaphysica profluentes sicut attributa perfectiva essentiae, et huic opponitur ens, quae in sua metaphysica essentia formaliter habet intraneam omnem perfectionem. Ex hac doctrina facile intelliguntur haec ex hoc logice, hic physice actu purissimum, quia sicuti nequit non existere, ita nequit perfici ab alio a se distincto. non tamen intelligimus hunc esse metaphysice actum purum, siquidem illius essentiae metaphysicae convenire possunt sapientia, bonitas, quae illi extraneae dicuntur.

Pro reliquis solvendis palam fit primo, essentiam metaphysicam reponendam esse in praedicatis constitutione, et distributione prioribus, non vero logice prioribus, seu ens ingrederetur veram omnium definitionem; quare licet haec praedicata substantia, vivens, spiritus etc. sint priora aseitate in his tamen reponi nequit essentia metaphysica Dei, quia sunt duntaxat priora, prioritate logica, seu rationis, non vero prioritate constitutionis, et distributionis. Sic etiam ens, et substantia non sunt praedicata, quibus adaequate definitur homo, sed animal rationale, quia haec sunt priora prioritate constitutionis in homine; illa vero rationis duntaxat. Nec repugnat haec praedicata ens et substantia vocari praedicata essentialia, quia illa omnia dici solent essentialia, quae nulli rei conveniunt nisi per identitatem.

Secundo aseitatem positive spectatam esse tale praedicatum in quo Dei essentiam metaphysicam constituimus, non vero negative acceptam quatenus scilicet idem significat, ac non esse ab alio quid, ut nonnullis placet praedicata negativa formaliter accepta non dicunt perfectionem illam quam dicunt attributa positiva formaliter considerata.

Tertio Phrasim illam dialecticam: Definitio fieri debet per genus proximum significare solum, quod definitio fieri debeat per praedicatum genericum, immediate primo contractum ab ultima differentia; sed ens primo contrahitur ab aseitate, et abalietate. aseitas enim, et abalietas immediate primo dividunt ens; cum Deum definimus: Deus est ens a se, recte respondemus.

Pars quartus tertius.

De praecipuis Dei attributis.

Statuta Dei essentia ordo quem ab initio hujus Disputationis servare decrevi postulat, ut de praecipuis Dei attributis verba faciamus, quod ut feliciter praestemus ostendere in primis juvat, in quo omnia bus

in omni genere infinite perfectum. Deus, inquit et probat Fortunatus a Brixia, neque a se, neque ab alio potest in aliquo perfectionis genere ad certum gradum limitari. Non ab alio, quia nullum sit ens, cui Deus subjiciatur; non a se, quia fieri nequit, ut quod sibi ratio sufficiens existendi est, sibi quoque sufficiens ratio non sit continendi in quovis genere perfectionis omnem illius gradum possibilem; infinite autem perfectum est in omni genere ens illud, quod in nullo perfectionis genere ad certum gradum limitatur; ergo etc. Itaque, ut inquit S. Augustinus lib. 1 de doctrina Christiana, omnes certatim pro excellentia Dei dimicant, nec quisquam inveniri potest, qui hoc Deum credat esse, quo melius aliquid sit; itaque hoc omnes Deum consentiunt esse, quod ceteris rebus omnibus anteponunt.

Si vero quis urgeat, in Deo non esse perfectiones illas, quae sunt in creaturis, adeoque Deum non esse infinite perfectum. Resp. certum est illas non esse in Deo formaliter, sed tantum eminenter; et quo id intelligatur, duplex perfectionum genus est distinguendum. Alia est, ut scholastici vocant, perfectio simpliciter simplex; alia est perfectio non simpliciter simplex, seu secundum quid simplex. Illa duas requirit conditiones, quarum prima est, ut in suo formali conceptu nullam includat imperfectionem; altera vero, ut non sit incompossibilis cum alia majori aut aequali perfectione. Haec vero est, quae aliquid [illegible], seu quae in suo formali conceptu aliquam imperfectionem includit, ut esse corpus, habere [illegible] [illegible] ratiocinandi etc. Jam perfectiones posteriores nequit Deus quidem continere formaliter, cum quidem ne contineant in se aliquam imperfectionem [illegible] perfectio; attamen et has continet eminenter. His expositis sequuntur nonnulla Dei attributa.

Primum: Deus est unus. Hoc attributum in Deo agnoverunt ac etiam cum [illegible], cum [illegible], quibus gloria [illegible], [illegible]

dubia; et quum tempus omnes recensere non patiatur ex poetis afferam Orpheum, et ex Philosophis Milesium Thaletem. Orpheus, qui est vetustissimus poetarum est, et equalis ipsorum Deorum dicitur, ut advertit Clarissimus Petavius tomo primo Teologiae dogmaticae lib. primo cap. 3. ita cecinit:

Unicus est per se existens qui cuncta creavit,
Inque his ipse extat; nulli e mortalibus unquam
Lumine conspectus, mortales conspicit omnes.

Hoc idem sentit Thales Milesius inter veteres Philosophos nemini secundus, ipse rerum initium aquam dicit, Deum autem eam mentem, quae ex aqua cuncta formaverit. En altior, et sublimior aqua, et spiritus, quam ut ab homine potuerit inveniri, ab eo traditur. Verum in veritate adeo evidenti non est, cur auctoritatem spectemus. Videor enim ipsa, et ipsum conscientiae testimonium quod probat ignaviam eorum (scilicet Ethnicorum) qui sibi plures finxerunt Deos; nam primo spectat ad conscientiam, unusquisque hujus veritatis propria est testis. Omnes enim ipsa impellente natura, ut ita dicam confitentur, et unum veluti parentem Optimum, summumque moderatorem in periculis invocant, illius implorant auxilium, eique uni, quum res illis successere, volunt gratias referant. Quod vero spectat ad rationem tale institue argumentum.

Deus est ens infinite perfectum, ut supra probatum est, ergo Deus est unus et communis. Repugnant plura entia infinite perfecta; ergo repugnant plures Dii; ergo Deus est unus contra sent. Ultima data veritate antecedentis quam ostendo. Ens infinite perfectum continere debet perfectiones omnes, sed si plura entia infinite perfecta repugnarent, ens infinite perfectum non haberet omnem perfectionem; siquidem non haberet excellentiam, et summum dominium

super omnia; ergo repugnant plura entia infinite perfecta

Confirmatur nostra propositio ex illo celebri Xenofontis gentilis Philosophi. Si plures sunt Dii, necesse ē, eos esse vel pari, vel impari potestate: si sunt impari potestate, quo pacto debiliores sint Dii, ipsi videant, qui plures Deos admittunt. si vero sunt pari potestate, ergo nullus eorum ē Deus, quoniam nullus in suis actionibus sit liber, ac plane independens; quoniam unus ab altero impediri potest. concludendum igitur, non esse plures Deos.

Contra hanc veritatem adeo manifestam insurgunt Manichaei volentes duo esse rerum principia, unum summe bonum, a quo omnia deriventur; alterum summe malum, a quo mala quae in mundo quotidie observamus, originem habeant: verum hoc eorum delirium facili negatio solvitur. Mala omnia vel in ordine physico spectantur, vel in ordine morali; si primum: hac a principio summe malo originem habere nequeunt, siquidem ea in se bona sunt, ut scriptura testatur his verbis: vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona; si vero spectantur in ordine morali, hac cum sint mera privatio rectitudinis non a causa efficiente, sed deficiente, qualis ē homo, qui sua abutitur libertate, proficiscuntur. Si vero quaeratur, cur Deus mala moralia permittat, hoc ad aliam quaestionem pertinere dicimus, [illegible]

Contra praedictam propositionem [illegible] opponi posset [illegible] summe perfectum, si foret unus, cuique foecunditas ē maxima perfectio, non haberet, ut opponi posset, scriptura nos [illegible] cum in illis [illegible] [illegible] mentio fiat. Verum contra ē foecunditatem quidem [illegible] non [illegible] pluris simplex, quo Deo foret tribuenda, siquidem ē incompossibilis cum unica perfectione divina supremi Dei, qui quamvis unicus sit ē tamen aeque beatus, cum nullius indigeat. Quod spectat ad scripturam, dico in illis Pluralem

Deorum mentionē fieri quia in monumentis ex falsa gentium persuasione, vel quia homines ipsi, ut Prophetæ et iudices, improprie Dii appellabantur.

Secundum attributum. Deus est omnis corporis expers. Deus enim, ut huc usque ostendimus, est ens summe perfectum; ergo ē intelligentissimus, sapientissimus, et summe activus: sed illa non convenire non possunt nisi ēēt corporis expers: ergo ē omnis corporis expers, adeoque ē purus. Nec valet, hoc loco opponere cum Anthropomorphitis Deū ēē corporeū, falso dogmate: innitentibus plurimis scripturæ textu, in quibus humana membra tribui Deo videntur. Nā ibi loquuntur scripturæ sensu quodā improprio, et metaphorico, ut scilicet humano captui sese accommodent. Quare Beda, aliquot re in Genesim referente Augustino inquit = Stolidi non animad: verterunt, Dominum Deum per hominis sermones loquentē audientium infirmitati sermonem accommodare. Et quoniam oculis nos videmus, virtutē ejus, per quā videt, Scriptura vocat oculos, et visum audiendi facultatē vocat aures, quoniam hisce partibus audimus =

Nec valet adē opponere hominē ad imaginē Dei et similitudinē factū ēē, et inde inferre Deū ēē substantiā ex spiritu et corpore compositā. Nā homines dicuntur ad imaginē, et similitudinē Dei facti quoad animā, non vero quoad corpus, ut apprime nos monet S. Ambrosius: justitia invisibilis Dei imago non in eo ē, quod videtur, sed in eo quod n̄ videtur.

Dices ultimo loco, Deo non repugnare compositionē metaphysicā ex genere, et differentiā; ergo neque repugnat illi compositio physica ex spiritu, et corpore. Adeo caverē eū velle, qui hic hoc opponet, et solutionē non videt. Disparitas ē manifesta, quia compositio metaphysica ē Deo extrinseca, quum tota se teneat ex parte mentis nostræ considerantis Deū sub hoc conceptu generico entis, et sub hoc alio conceptu differentiali ens a se, adeoque illius simplicitati non officit. Compositio autē physica, si quæ daretur in Deo, illi ēēt intrinseca, atque illius simplicitatem,

atque summam perfectionem, quorum destrueret. Licet igitur non repugnet in eo compositio metaphysica, illi tamen repugnat compositio physica.

Tertium. Deus omnino immutabilis. Immutabilitatem esse attributum Dei proprium sequens argumentum ostendit. Illud vere dicitur mutari, quod recipit perfectionem, quam antea non habuit, aut illam omittit quam prius habuit. Omne enim, inquit Salustius Philos. lib. de Diis, et mundo, quod mutatur, vel in melius, vel deterius mutatur; sed Deus neque ullam perfectionem omittere potest, neque novam acquirere, nam si illam acquireret, ante illam Deus non fuisset summe perfectus, si autem aliquam perfectionem perderet, omissa illa non foret amplius summe perfectus, vel ut argumentatur praedictus Philos., si in deterius mutatur, fit pejus, si in melius, id antea malum erat, vel saltem non summe bonum; ergo Deus a omnino immutabilis. Hinc consequitur, quod, quidquid Deus scit, illud ab aeterno sciat, quidquid velit, ab aeterno velit, quidquid amat, odit etc. ab aeterno amaverit [illegible].

Contra Dei immutabilitatem opones primo scripturas, in quibus legitur, Deum poenituisse se fecisse hominem; poenitentia vero maximum mutationis argumentum; ergo etc. Secundo, Deum a non operante, factum esse operantem, condidit quippe mundum in tempore, ergo mutatus a Deo [illegible], Deum carere posse aliquo intrinseco attributo, et proinde ab intrinseca mutatione [illegible]; [illegible] enim [illegible] sunt intrinseca Deo, et tamen [illegible] liberi sunt [illegible], et [illegible] in Deo; ergo Deus carere fit, aliquo intrinseco attributo.

Ad primum respondeo Deum non esse [illegible] [illegible] poenitentia, ira, dolore, aliisque affectibus, qui aliquam [illegible] [illegible] involvunt. Cum enim sit summe perfectus nullam imperfectionem [illegible] [illegible] [illegible]. Quare Scriptura [illegible] [illegible], et metaphorice tribuit Deo has animi commotiones, ut significet [illegible] [illegible] mali sit Deum vel leviorem offendere. Ad 2dum dico, Deum

De non operante tantum, ac operante extrinsece, et non intrinsece. Ac eo quod Deus in condendo mundo intrinseca mutatio non fuisse, quum nullam intrinsecam perfectionem acquisierit aut amiserit; operari enim in tempore dicitur Deus, quia e in tempore, quod ab aeterno facere decrevit. Unde propter extrinsecam denominationem, quam nos ipsi in tempore habemus, aliqua in eo contingere videtur mutatio quae Deo extrinseca est. Ad illud denique distinguere et considerare fas est actus liberos in Deo, prout in scholis traditur, terminative, et entitative: si actus liberi entitative spectentur prout immanentes in Deo sunt, hoc sunt prorsus immutabiles, quod sint ipsa divina substantia; si vero illo modo considerentur, hoc est terminative, tunc mutabiles sunt, quantum ad illam habitudinem terminative consideratam, ita ut solus terminus, sive sola creatura mutetur.

Quartum Deus est immensus. Contra Anthropomorphitas, qui Deum corporeum esse volebant fuerunt Judaei, et Samaritani, deinde Valentiniani, et Manichaei qui Dei immensitatem negabant, atque certo loco circumscriptum esse volebant. His accesserunt Sociniani, qui concedebant quidem Deum esse ubique per operationem, non vero per substantiam, in quorum sententia annumerantur Plures, Crelius, ut colligitur ex Vorstio Calvinista. Hujus opinionis videtur fuisse etiam Erasmus, qui anceps erat sitne Deus in obscenioribus locis. Contra quos priusquam ostendamus Deum esse immensum notari debet, tribus modis Deum dici esse ubique, seu omnibus rebus praesentem, per scientiam scilicet, quatenus nihil sive extra, sive in mundo contingere potest, quod illum lateat; per potentiam, quam ubique operari potest; per essentiam, quatenus nullus est locus, in quo ipsa Dei substantia non existat. His positis demonstratur Deum esse immensum non tantum per scientiam, et potentiam sed etiam per essentiam, seu substantiam.

in Deo existit omnis perfectio: sed esse ubique praesentem non tantum per scientiam, et potentiam, sed etiam per essentiam est perfectio, et quidem simpliciter simplex, quia nullam includit imperfectionem, multoque melius sit hac virtute pollere, quam illa destitui; ex hac enim mirifice elucet summa Dei magnitudo; ergo Deus non tantum per scientiam, et potentiam, sed etiam per essentiam est ubique praesens adeoque immensus.

Confirmatur argumentum. Si Deus per essentiam suam non esset ubique praesens, esset vel libere, vel necessario, in aliquo determinato loco; sed neutrum dici potest de Deo: non quidem primum, quia tunc Deus transire posset de uno loco in alium locum, quod eiusdem illius immutabilitati adversatur; non alterum, quia nulla est ratio sufficiens, cur potius sit in uno loco quam in alio. Nihil enim est in natura positum, quod illum determinare possit ad aliquem locum, cum, dum sit natus ex ipsius summa independentia. Quare egregie in suis S. Augustinus epist. 187: sic Deus per cuncta diffusus, ut non sit qualitas mundi, sed substantia creatrix mundi sine labore regens et sine onere continens mundum. Non tamen per spatia locorum quasi mole diffusus, ita ut in dimidio mundi corpore sit dimidius et in alio dimidio dimidius, atque ideo per totum totus, sed in solo caelo totus, et in sola terra totus, et in caelo et in terra totus et nullo contentus loco, sed in se ipso ubique totus. Hinc facile colligitur et Cartesium magno in errore versari, dum Deum esse negat in ullo loco, eo quod confundat extensionem cum divisibilitate, putetque ens simplex nullius extensionis esse capax.

Opponet fortassis non nemo, Deum non esse immensum, quum Scripturae nos doceant Deum residere in caelo, tanquam in propria sede. Verum huic argumento facile respondeo. S...

videt, unde Deus in Cælo tanquam in propria sede, quia speciali modo per gloriam ~~ibi~~ ibi existit, non vero per exclusionem praesentiae suae aliis in locis, ut optime nos monet Theodoretus: Deus in Cælis inhabitare dicitur, non veluti loco circumscriptus, sed veluti Caelestibus virtutibus, quae caelos incolunt. Existit ergo Deus per praesentiam suam ubique per gloriam in Cælo, per gratiam in justis, per vindictam justitiae in malis.

Instabis cum Averroe, et Vorstio: Deus loca obscena non replet praesentia sua: ergo Deus non est ubique. Probatur antecedens: Deus aliquid imperfectionis contraheret, si istis in locis sordidioribus praesentia sua adesset, ergo etc.

Ut vero videas vanitatem hujus probationis nego antecedens. Mens enim nostra, ut monet S. Augustinus, a sensibus revocanda est, nec de praesentia Dei entis spiritualis judicandum est sicuti de praesentia corporum. Nam spiritus incapax est, qui sordibus locorum inquinetur: sic sol radiis non inficitur ex eo quod corpori leproso conjungatur. Verum nec sol ipse laeditur, et obscuritate locorum inficitur quamvis haec radiis suis illustret.

Instabis iterum: Qui ubique existit est incapax localis motus, nec potest ab uno ad aliud locum transire; sed Deus est capax motus localis; ergo ubique non existit. Minor probatur ex scripturis in quibus legitur Deum descendere, ascendere, accedere, recedere, quae omnia significant motum localem. Huic argumento respondeo, scripturas sacras in his verbis loqui sensu figurato et metaphorico, ut videlicet captui nostro se accommodent, significando nobis accessu suo beneficia nobis largiri et recessu suo uberiores gratias ...

instabis: sicut ex Divino infinita Dei potentia explicatur ex eo, quod Deus possit producere creaturas, quamvis eas non crearet; ergo et immensitas divina explicari potest ex eo, quod possit praesentia sua omnia loca replere etsi de facto non repleat.

Nego disparitatem esse inter ambas, et consequens. Nam potentia divina sic explicata caeteris divinis perfectionibus non adversatur imo contra illas pugnaret si aliter explicaretur, et si debuisset ab aeterno res producere; siquidem amplius liber non foret: at vero si Deus omnia loca adhuc non repleret, non est immutabilis, nec summe, et interminabilis perfectionis.

Infers, ergo Deus existit in spatiis imaginariis, quae non sunt nisi conceptu possibilia. Respondeo, sicuti Deus, antequam mundus ab illo conderetur, fuit in se, ita extra mundum in se ipso et per essentiam, ut adeo immensitas sit indivisibilis, nec in pedes, leucas, miliaria, dividi possit, etsi spatium, cui Deus praesens, hujus divisionis sit capax.

Urges postremo: [illegible] ex SS. Patribus dicunt primo, Deum non permeare rerum substantias, sed illas duntaxat efficere; negant esse Deum esse in loco; ergo ex auctoritate Patrum quae citatur, Deum non esse immensum.

Quod attinet ad primum dico SS. Patres in pronuntiatione de mente Stoicorum, qui volebant Deum veluti omnium animam tanquam partem esse mundi. Ad secundum vero respondeo illos negantes, Deum esse in [illegible] voluisse duntaxat, non esse in loco circumscriptive instar rei materialis. Quare ex Patrum auctoritate nihil con-

contra nostram propositionem.

Quintum. Deus est aeternus. Antequam hoc attributum Deo necessario convenire demonstremus, aeternitatis notionem in perspectum habere juvat. Aeternitas proprie dicta ideo Boetius in quo communiter scholae secuntur, est interminabilis vitae tota simul, et perfecta possessio, seu est vita non modo initium, et finem excludens, sed omnem insuper vicissitudinem, et successionem. Ex qua definitione sit hoc argumentum demonstrativum. Repugnat ut coepit esse, quod non habet, a quo illud accipiat; ut penitus extinguatur, et pereat, quod nulli subjicitur; ut vicissitudinibus obnoxium sit, et successionem subeat, quod prorsus est immutabile: sed Deus a nemine suum esse accepit, quia ipse a se summam habeat sufficientiam ad existendum, ut diximus, nec ulli subjicitur sic exigente illius summa perfectione, atque prorsus immutabilis, ut constat ex dictis: ergo repugnat ut Deus coeperit esse, ut extinguatur, et pereat, ut vicissitudinibus obnoxius sit; ergo Deus est aeternus, et quidem ita, ut nihil illi sit praeteritum, nihil futurum, sed omnia illi praesentia sunt, ut optime explicat D. Aug. in psalm. 101 his verbis: non aliud anni Dei, et aliud ipse Deus: sed anni Dei aeternitas Dei est: aeternitas Dei substantia est, quae nihil habet mutabile. Ibi nihil est praeteritum, quasi non sit nihil est futurum, quasi nondum sit, sed non est ibi, nisi est. Non est ibi fuit, et erit, quia et quod fuit jam non est, et quod erit, nondum est, sed quidquid ibi est non est, nisi est. Hinc veteres aeternitatem Dei comparabant centro immobili, cui tota peripheria est praesens, ut adeo in saecula, annos, dies, et horas distingui non possit.

Sextum. Deus est omnipotens. Hic divina Omnipotentia

male olim senserunt Manichei, et Ariani. illi volebant tantum posse Deum, quantum ad operandum ei materia ministrabat. isti vero contendebant, Deum Patrem exigere filio tanquam instrumento ad veram creationem. Postremis vero temporibus abjudicarunt Deo hanc infinitam virtutem Wiclefus, et alii, qui opinabantur, a Deo nihil amplius fieri posse, quam quod ab illo factum est, etc. Contra istos concludimus, Deum potentia sua absoluta, omnia posse, quae contradictionem non involvunt, et ex ratione. Posse facere quidquid nullam repugnantiam involvit est perfectio simpliciter simplex, quae nullam sibi habet admixtam imperfectionem, sed Deus utpote ens summe perfectum habet omnes perfectiones simpliciter simplices; ergo Deus potentia sua absoluta potest facere omnia, quae nullam repugnantiam involvunt. Dixi potentia absoluta siquidem duplex potentia in Deo distinguenda venit. Alia ordinaria, qua Deus efficere potest dumtaxat ea, quae ab aeterno facere decrevit; alia vero est absoluta, quae spectatur in priori ad sua decreta, qua facere potest quidquid non repugnat, ac proinde facere potest plura, ac majora, quam fecit; non quidem suo sempiterno consilio, quatenus Deus potuisset velle plura alia quam quae fecit, et facere decrevit. Itaque ex his, patet Deum esse omnipotentem.

Nec refert, dicere, Deum non mentiri, et alia peccata committere non posse. Haec enim omnia posse, est infirmitas, et impotentia, ut recte monet S. Aug. Quae multa non potest Deus, et omnipotens est, et ideo omnipotens est, quia illa non potest.

Septimum. Deus est liber ad extra, scilicet creaturas

Hoc attributum Deo convenire probatur eodem argumento, quo usi fuimus ad probandum Deum esse omnipotentem. Quare opus non est, ut hic illud repetam. Contra libertatem Dei oponet inlassis nonnemo dicendo quod Deus utpote ens optimum, et summe perfectum optima necessario facere debeat, quippe bonum est diffusivum sui, majus bonum est magis diffusivum sui et summe bonum est summe diffusivum sui. Verum, per hoc axioma: bonum est diffusivum sui jam in Ontologia expositum significatur dumtaxat, quod ens summe bonum ad extra communicare possit; non vero quod communicare debeat. Nec refert oponere a nobis intelligi non posse quomodo actus inter se prorsus diversi in Deo existant. Fatemur quidem maximam esse in hoc difficultatem ita ut Teologi in hujus rei explicatione insudent. Cum plurimis In dici potest actus liberos sunt in Deo, esse necessarios quum non sint distincti a divina substantia prout vero habent habitudinem ad objectum extrinsecum contingens, et mutabile esse actus liberos; unde horum actuum distinctio non se tenet nisi penes objectum. Caeterum ex ignorantia modi, quo se habent hi actus in Deo negari nequit divina libertas, quae quum sit perfectio simpliciter simpliciter Deo est tribuenda.

Octavum. Deus est omniscius. Quamvis scientia Dei reipsa simplex sit, et individua ex relatione tamen ad sua objecta triplex esse potest. Alia scilicet est scientia simplicis intelligentiae, alia visionis et alia demum inter utramque media. Prima est illa, qua Deus possibilia et veritates omnes necessarias cognoscit: altera est qua cognoscit objecta absolute futura; tertia denique, qua Deus videt conditionate contingentes futura: sic scientiam, qua Deus vidit et quid creatura

ageret, si illi hoc, vel illud auxilium conferret, dicitur scientia media, quam in Deo cum pluribus, inter quos Dominicana familia Theologi inficiantur. Nos de hujus quaestionis jam sollicititi utpote sublimioris ordinis contendimus contra veteres nonnullos, in quorum numero fuit et Cicero, qui, ut refert S. Augustinus pertimescens humanae libertatis eversionem, ut homines faceret liberos, fecit sacrilegos; nihil esse possibile nihil futurum, quod Deus perfectissime non praecognoscat: quare sit hoc argumentum. Si aliquod possibile aut futurum est quod Deus ignoraret limites aliquos in sua intelligentia haberet, consequenter non esset in omni genere perfectionis infinite perfectus; sed Deus nullos limites habet intelligentiae, quum ex demonstratis sit infinite perfectus; ergo nihil est possibile, aut futurum quod eum lateat. Confirmatur. Nihil est possibile, quod divinae potentiae non subsit, nihil futurum, quod non habeat independenter a Deo ut sit futurum; ergo sicuti potentia Dei non esset infinita, quotiescunque aliquod possibile foret, quod divinae potentiae non subsit, et aliquid esset futurum independenter a Deo, ita scientia Dei non esset infinite perfecta quotiescunque esset aliquod possibile, aut futurum quod eum lateret. Quare divus Cyrillus lib. 32 Thesauri inquit Divinitatis est proprium, ut nihil ignoret.

Contra hoc Dei attributum opponitur primo Scripturae, quae pluribus in locis significant, Deum non nisi dubiam et conjecturalem futurorum scientiam habere, ut quum Christus Samaritanam allocutus fuit, si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsitan petiisses ab eo, et dedisset

tibi apud rivum. in aliis etiam scripturae locis habetur, dubium, et incertum, fuisse Deum; nec nisi ex ipso, aliorum, seu experimento compertum habuisse, quod antea ignorabat. ut quod Abraamo dixit: nunc cognovi quod times Deum.

Respondeo ex illis Scripturae testimoniis, et aliis hujusmodi, nihil evinci contra divinam futurorum praescientiam. in primis enim illis particulis forsitan, fortassis usus est Christus Dominus, ut nobis significaret incertum semper esse rei futurae eventum respectu nostri, non vero respectu sui; deinde, ut nos admoneret etiam ex praevisione rei futurae non everti libertatem humanam. Secundum pariter testimonium non urget, quia ibi Deus locutus est, ut captui nostro se accomodaret, tum illud a nobis perfecte sciri dicimus, quod experimento comprobato oculis nostris veluti subjicitur.

Dices, praescientiam futurorum auferre a nobis libertatem arbitrii, siquidem ea, quae praescita sunt futura, necessario futura sunt. Praescientia enim, si quae foret in Deo, foret antecedens ad praedicta, nec a nobis impediri posset, secus divina praescientia si a nobis impediri posset, falsificari etiam fit, quod sane non est dicendum. Respondeo futura, praescita eventura quidem necessario necessitate consequente, non vero necessitate ante. Necessitas autem consequens non aufert libertatem, imo liberam actionis conditionem supponit. nec causa effectus futuri dici potest, sicuti est necessitas ante, de qua satis diximus in quaest. de futuris contingentibus. Nec refert, quod opponebatur, praescientiam antecedere res futuras, neque a nobis esse impedibilem. Nam praescientia licet duratione res futuras praecedat, illas tamen non praecedit causalitate, quippe illa non est causa effectus futuri, ita ut non sit in

seu futura non ideo e futura, quia sunt praescita, sed ideo ab objectis praescita, quia futura sunt. Et hinc colligitur quod quamvis praescientia quoad suam entitatem non sit impedibilis, est tamen impedibilis, quoad denominationem istam Deus est praescius actus futuri liberi; quum enim a nobis impediri possit actus liber, consequenter etiam ipsa denominatio impediri potest. Nec hic clamare, in illo casu a nobis falsificari posse divinam praescientiam, siquidem tunc solum a nobis illa falsificari posset, quando a nobis posset praescientia consequente omitti actus praescitus; dum autem nos divinam praescientiam esse denominative impedibilem, non defendimus praescientia consequente a nobis actum praescitum omitti posse, sed dumtaxat potentia antecedente, et ideo dicatur potentia antecedens, et non consequens, jam vobis ex dictis in logica patere debet.

Sectio Secunda.

De Deo Conservante, Providente, Concurrente, et Promovente.

Quinque paragraphis praesentem sectionem expediemus, in primo agemus de Deo conservante, et utrum creatura indigeat tali Dei conservatione inquiremus; in secundo de Deo providente, et omnia Dei providentia regi et gubernari ostendemus; in 3tio de Deo concurrente, et utrum Deus ad omnes creaturarum actiones immediate concurrat definiemus; in quarto de Deo praemoventeprimovente, et quid de praedeterminatione physica sentiendum sit aperiemus; in quinto de Deo ab omnibus colendo verba faciemus; postremo tandem aliquos errores theologiae naturalis contrarios rejiciemus, et sic Metaphysicae finis impositus erit.

Paragraphus Primus.
De Deo Conservante

Nomine conservationis venit actio illa, qua Deus res in rerum natura positas conservat, sive ut definitur a Joanne Baptista Scarella, est continuatio actionis, qua Deus substantias a principio creavit; ex qua quidem definitione soluta remanet quaestio, tum a illa, in [illegible] nonnulli; Utrius quaeritur, utrum conservatio sit actio distincta a creatione. Nam si conservationis nomine intelligatur actio illa, per quam res creatae post primum suae productionis momentum ulterius existunt, nullum sane discrimen intercedit inter conservationem, et creationem. Siquidem ulteriorem existentiam habent per creationem continuatam. Utcunque vero definiatur conservatio, verosimillimum puto, creationem ab illa differre dumtaxat quoad respectum, quatenus creatio respiciat instans primum; conservatio autem momenta sequentia existentiae creatae quia tamen utriusque idem est terminus seu effectus, idemque principium (nempe Deus) [illegible] modo vel minime differunt.

Duplex conservationis species, directa, et indirecta. Illa, quae proprie dicitur conservatio, jam superius descripta, alia vero quae non nisi improprie conservatio dicitur, est remotio [illegible] illorum, quae rei nocere possent, seu illam ad interitum promovere: sic si quispiam lignum illud rei ardenti ad ignem venientem protegit, indirecte illam conservare dicitur. Hic posteriori modo examinandam suscipimus quaestionem propositam, ut, utrum creaturae indigeant directa Dei conservatione. Quare sit

Conclusio.

Omnis creatura eget directa Dei conservatione

Probatur propositio. Qualibet creatura eget voluntate divina, ut primo fiat; ergo indiget etiam eadem voluntate divina, ut existentiam suam conservet. Probatur consequentia. Ideo primo quia quaevis res creata, antequam crearetur erat indifferens ad existendum, et non existendum in rerum natura, neque ipsa de se hanc indifferentiam tollere potuit; sed etiam quaevis res creata, postquam creata est, plene est indifferens, ut in suo esse perseveret et suam existentiam continuet, vel non continuet; quolibet instanti a Deo annihilari possit, neque illa ulla sua actione se ipsam directe conservare queat, ergo quaevis res creata indiget voluntate divina, ut existentiam suam conservet. Quod argumentum illustrari potest hac raritate. Collustratio cujusdam corporis exigit continuum solis influxum, quo cessante, cessat et ipsa, ergo a pari creatura, ut in suo esse perseveret eget continuo Dei influxu, et quidem ita, ut eo cessante, et ipsa quoque suam existentiam amittat.

Confirmatur. Qualibet creatura est ens ab alio, quod totam sufficientiam, totumque suum esse a Deo accepit; qui aeternaliter illius existentiam certo loco et tempore voluit; neque creatura illa ultra existit, quam Deus illam velit existere. Quod sicut per hoc solum esse cepit, quod Deus illam voluerit existere, ita per hoc solum recidere debeat in suum nihilum, quod ultra illam ejus existere nolit. Non enim dicere possumus, plus habere virtutis actum divinae voluntatis volentis creaturam existentem non conservare illi existentiam, quam habeat ad destruendam existentiam ejus actus, quo illam existere non vult, sed si, quamvis

creatura indiget directa Dei conservatione; quum enim non extitisset, nisi Deus illius existentiam voluisset, nec existeret, si Deus ejus existentiam nollet; quod sua continuet existentiam inde est, quod Deus illam continuatam velit.

Solvuntur Objectiones.

Opones. Quod semel habuit esse, cessare, seu illud desinere non potest; sed creatura suum esse accepit in prima creatione; ergo cessare nequit; sed hoc ipso non indiget directa Dei conservatione. ergo etc. Respondeo distinguendo majorem, quod semel habuit esse, illud cessare, seu desinere non potest per se omitto majorem; desinere non potest per cessationem influxus illius causae, a qua habuit esse nego majorem; et contra minorem nego consequentiam sub data distinctione. Quum creaturae summopere dependeant a Deo, ab eoque profluant sicuti lux a sole, non possunt quidem se ipsas annihilare; at vero si Deus in illas influere nollet, nulla foret entis participatio atque adeo statim in nihilum redirent. falsum itaque est, creaturas indigere duntaxat negativa Dei conservatione, quam in eo positam dicunt adversarii quod nolit Deus illas anihilare; quum sic non appareat illa summa dependentia, quam creaturae habent in suum Creatorem.

Instabis primo. Creaturae possunt in eodem statu permanere sine auxilio, et actione illius a quo eum statum acceperunt. ergo quod semel habuit esse cessare nequit cessante etiam influxu causae illius a qua habuit esse. Probatur antecedens. Domus enim quem habet statum ab artifice accepit, et nihilominus sine auxilio et continuata artificis actione in eo statu permanere potest et permanet; ergo creaturae etc.

Nego antecedens, ad hujus probationem concedo antecedens nego consequentiam. Discrimen, cum disparitas est, quia Domus, et quaecumque

aliud artefactum habet aliud se conservantem ab artifice provsus distinctum, habet videlicet Deum qui quodlibet ens compositum in suo statu conservat, quousque illud agentia creata de illo non dejiciunt. Quod si cessaret actio Dei, qua in rerum natura vult permanere materiam illam, ex qua domus ab artifice constructa fuit quamdiu domus, sicut quodlibet artefactum in nihilum rediret, non secus ac quaelibet alia creatura, quae nullum se modale a nullo artifice creato recognoscit. Alii respondent hanc assignando disparitatem; quia in artefactis, ut talia perseverent, solum impediri debet, ne mutetur modificatio materiae ipsorum ab artifice inducta; ad hoc autem impediendum, donec causa fortior aliqua superveniat, sufficienter contra artificium in natura Deus disposuit causas, vim nempe inertiae et cohaesionis; at vero, ut res a Deo factae perseverent impediri debet, ne ea in nihilum abeant. Ad hoc autem impediendum in nihilum nihil Deus sufficere potest.

Instabis ulterius. Angeli et mentes humanae directa Dei conservatione non indigent, imo neque indirecta quod nulla agentia creata sint, quae ad interitum promovendum possint; ergo et quodlibet ens creatum non indiget directa Dei conservatione; quum non minus Angeli, et mentes humanae dependeant a Deo, quam quodlibet aliud ens creatum. Antecedens. Angeli, et mentes humanae sunt natura sua incorruptibilia; sed quod natura sua incorruptibile est non indiget directa Dei conservatione, siquidem in nihilum non redigitur, etiamsi cesset continuus Dei influxus, quod incorruptibile est; ergo Angeli, mentes humanae non indigent.

Resp. Deo. neg. antecedens ad hujus probationem dico majorem;

Angeli et mentes humanæ sunt nãa sua, hoc intrinsece incorruptibiles ideo mãa extrinsece nego mãm, et d quo minorẽ; sed quod nãa sua tum intrinsece, tum extrinsece incorruptibile (quod non datur præter Deũ, nec dari pt) non indiget directa Dei conservaõne ideo mĩm, quod intrinsece tantũ ẽ incorruptibile non indiget directa Dei conservaõne nego mĩm, et conseq. Angeli, et mentes humanæ, quæ non habeant principiũ dissolutionis, utpote substantiæ simplices, et omnis compositionis expertes, sunt quidẽ intrinsece incorruptibiles, non vero extrinsece quippe sunt substantiæ per participaõnem quæ non secus ac entia composita in nihilũ ruerent, nisi Deus influxum illis præstaret constantẽ.

Dices, Deũ potuisse ut mundus hic aspectabilis in eodẽ statu, in quo conditus ẽ perseveret, quin illius actio continuo influens requireretur, atque Deus sic statuerit, et fecerit suã adeo raõnẽ, ut magis scilicet, reluceat sua omnipotentia.

Resp., Deũ hoc non fecisse, nec velle juxta nonnullos potuisse. Nã Deus facere non potuit creaturã a se ipso independentẽ; sed hoc ipso quod mundus hic aspectabilis in eodẽ statu, in quo conditus ẽ, perseveraret, quin ulla egeret Dei actione illũ conservante, fuisset ut a se ipso independens existeret, ergo etc.

Paragraphus Secundus.

De Dei Providentia.

Non defuerunt qui nulla providentia mundũ regi, nullaque administrari potentia arbitrarentur. Quid enim, ajebat Job perditorũ quorumdã hominũ personã referens, novit Deus, et quasi per caliginẽ judicat. Nubes latibulũ ejus

nec nostro considerat, et circa Cardines Cœli perambulat. Democritus certe, et Epicurus neque universis, neque singulis ut refert Nemesius lib. de nat. hominis, a Deo providentiam opinabantur insistentes eorum principiis, nullum esse Deum, sed hoc universum temere, et casu esse constitutum; praeter hos divinam providentiam sustulerunt etiam ii, quorum opinio fuit omnia fato fieri, qui modo iniquè asserunt res humanas a Deo minime regi, et gubernari, Deistæ apellantur. Omnisque quamobrem contra hos divinæ providentiæ osores concludamus, et definiamus cuncta a supremo Numine dirigi, et nihil prorsus eo nolente operari posse, providentiæ definitionem perspectam habere oportet. Providentia itaque, ut a Boetio egregiè definitur, è ipsa illa divina ratio in summo omnium Principe constituta, quæ cuncta disponit, sive ut ajit Nemesius, è Dei voluntas, per quam omnia quæ fiunt apte gubernantur. Duo ergo complectitur providentia, verum scilicet ordinem in divina mente, atque illius ordinis per certa media executionem.

Conclusio.

Mundus quæque in eo sunt omnia, quamvis minuta, et vilia Divinæ Providentiæ subjiciuntur.

Probatur Propo. Deus cuncta, quæ fecit in peculiarem finem aptissime disposuit; ergo mundus, quæque in eo sunt omnia quamvis minuta, et vilia divinæ Providentiæ subjiciuntur. Probatur ant. Nisi Deus cuncta quæ fecit, ad suos fines peculiares disposuisset vel ideo esset, quod non posset, vel quod non sciret vel quod non vellet; sed neutrum horum dici potest; ergo Deus cuncta, quæ fecit, ad suos fines peculiares aptissime disposuit. Probatur minor. Non enim primum dici potest, quia Deus cum

me potens; ut superius demonstravimus; non 2dum, quia nihil è, quod Dei scientiam fugiat; non denique 3tium, quia quum agens creatum ratione praeditum agat propter finem a fortiori Deus, utpote agens sapientissimus propter finem agere debet. ergo vera propositio minor. Accedit. Si bruta animantia ipso instituente Deo suorum foetuum singularem curam gerunt, quomodo umquam Deus, qui è summe bonus, credit ita dicas partium curam non habebit. Hoc sane repugnat illius infinitae bonitati, ut patet meditanti et ad interioris sui animi motus attendenti. Deus, ut inquit S. Ioannes Damascenus, naturâ bonus è, et sapiens, igitur quatenus è bonus providet. Qui enim non providet, bonus non ~~è videtur~~. Nam et homines et bestiae propriorum foetuum providentiam habent naturali quodam instinctu, et qui non providet vituperari solet. Quatenus autem sapiens è optime rebus prospicit.

Confirmatur argumentum ex perpetuitate partium hunc mundum componentium: sicuti ipsorum pulchritudo a Deo summo, et sapientissimo Opifice mundum conditum fuisse, ita illarum perpetuitas constans ordo, stabilisque in suis agendi motibus armonia atque consensus plane ad evidentiam convincunt, illum ab ipsius divina regi providentia, consilioque supremi Numinis perpetuo administrari. Nam ut inquit Nemesius lib. de natura
" hominis cap. 42 omnium permanentia, et maxima eorum, quae oriuntur, et occidunt, situs idem rerum, quae idem semper conservant et ~~[illegible]~~ cursus qui nihil umquam variatur, et annuus circuitus,
" et anni temporis vestitio noctium et dierum semel in anno aequalitas utrisque vicissim, nec majore, nec minore parte auge-
" scentibus et decrescentibus, quomodo si nemo providerit, si-

„ multis administrari, et permanere potest. Profecto si breve „ hoc, ac modicum corpus nostrum, ait S. Joan. Chrysostomus, „ et medicaminibus, et medicinali scientia utens, et arte intrinsecus „ ipsum disponente, et multa disciplina, et innumerabilibus „ aliis auxiliis, non semper in uno statu permanere valet, sed „ perit et corrumpitur, saepius turbatione in ipso facta; quomodo „ tantus mundus tantas habens corporis moles, et ex iisdem „ compositus elementis, nisi multa providentia cepisset „ tanto tempore imperturbatus manere potuisset? neque „ enim cum ratione fieri posset, ut providentia quidem habens in„ terius, et exterius corpus nostrum vix ad sui conservationem sufficiat, „ tantus vero mundus nulla egens providentia, per tot annos nihil „ tale patiatur quale corpus nostrum. Auctoritatem revocatam Patrum cujus verba si attente perpendantur unumquemque intelligere omnia tum illa, quae oculis nostris objiciuntur tum illa quae visum et intelligentiam nostram effugiunt, singulari quadam Dei providentia regi, et gubernari.

Praeterea auctoritatem summorum virorum, qui mirifice conveniunt nihil esse quod divina providentia non regatur hoc unum argumentum addere placet. Partes omnes, quo quidem ad componendum tam disposita sunt, et suum finem et usum naturalem habent, cum cognoscimus caeteras, quae hunc mundum componunt suum peculiarem finem habere omnia cuncta, quae creata sunt bona sunt valde; ergo cuncta hujus mundi constitutiva seu partes suum habent finem ... a supremo rerum omnium domino reguntur et gubernantur.

Quo hic colligere hanc Primi, ... hoc

universo, quod contingit comparate ad hominem, non vero respectu Dei; quippe nihil est quod a Deo praevisum non sit, et ex intentione, aut saltem permissione existat. Casus, et fortuna dantur solummodo relate ad mentes nostras. Casus est quidam eventus improvisus, qui prout bonus, vel malus fortuna prospera, vel sinistra dicitur. Hinc colligitur, unde natum sit vulgatum illud, ubi parum ingenii, ibi plus fortunae, quia scilicet mens debilior pauciora praevidit, plura idcirco ipsi improviso eveniunt. Secundo nullum aliud fatum datur praeter immutabilem seriem, et ordinem causarum, et effectuum; quae series et ordo ex providentia divina, hoc est veri omnium dispositione, et dispositione sine nostrae libertatis diminutione ortum habent.

Satisfit objectis

Opponunt primo cum Epicuro apud Lactantium Deus aut vult tollere mala, et non potest, aut potest, et non vult, aut neque vult, neque potest, aut et vult, et potest. Si vult et non potest, imbecillis est, quod in Deum non cadit. Si potest, et non vult, invidus est, quod quoque alienum est a Deo; Si neque vult, neque potest et invidus, et imbecillis est, ideoque nec Deus; Si vult, et potest, quod solum Deo convenit; unde ergo sunt mala, aut cur illa non tollit?

Ante responsionem tria malorum genera ex Leibnitii partitione sunt distinguenda. Malum scilicet metaphysicum, physicum, et morale. Metaphysicum est imperfectio nata, seu defectio ejus a summa perfectione. Physicum sunt aegritudines, afflictiones, miseriae incommoda denique, quae viventes patiuntur. Moralia vero sunt peccata, seu liberae transgressiones legum divinarum. His statutis venio ad solutionem argumenti ab Epicuro objecti, quaero de eo illo de quo malo loquamur, metaphysico, an vero de physico, et

morali. Si sermonem habet de malo metaphysico, dicam Deum tollere non posse, ac proinde neque velle, quia nihil e possibile, quod sit summe perfectum praeter Deum. Si autem Deus hujusmodi malum tollere posset, sibi dare posset creaturam summe perfectam, quod cum hoc illi aperte repugnet, illi pariter necessarium impossibile tollere, seu malum metaphysicum. Nec inde inferre licet Deum esse imbecillem, siquidem, ut inquit S. Aug. quia haec fieri non possunt, ideo omnipotens est. Si autem loquatur de malo physico, et morali, dico Deum haec tollere posse, sed noluisse, neque tamen impotentem esse aut invidum, quum mala haec in finem sint, et bonum universi, ut optime nos admonet Angelicus Praeceptor in opusculo contra Gentiles cap. 71: multa ea bona in rebus, quae si mala essent locum non haberent: nam non esset patientia justorum si non esset malignitas persequentium, nec esset locus justitiae vindicativae si delicta non essent; in rebus etiam naturalibus non esset unius generatio nisi esset alterius corruptio. Si ergo malum (concludit idem summus) totaliter ab universitate rerum per divinam Omnipotentiam excluderetur oporteret etiam bonorum multitudinem diminui.

Instabis primo. Providentia Dei cum ultimis veritate, et sanctitate conjuncta; sed Deus nec bonus, nec sanctus, si potens impedire mala moralia, illa impedire non vult: ergo neque providens. Minorem probavit Baylius, qui hanc a mali probabilitate solvit adversus divinam Providentiam insolubilem solet in Dictionario. Deus facile potest impedire omne malum, et non impedit, peccat; sed Deus facile potest impedire omne malum, ergo, si non impedit, peccat: ergo Deus, neque bonus, neque Sanctus, si quum mala moralia impedire possit, illa impedire nolit

R. deo unica maire ñdo min.; ad cujus probationem distinguo min. Sed Deus facile pt impedire omne malum potentia absoluta. Cedo min. potentia ordinaria, et servato hominis libertate nego min., et consequentiam. Quoniam vero doctissimus Scavella putat hanc responsionem plane non satisfacere Bellianae difficultati, ecce aliam vobis responsionem: qui facile pt impedire omne malum dando auxilium, quod debet dare, et non impedit, peccat cedo, dans auxilium, quod non debet nego maneat a parte distincta minore nego consequentiam. Qui pt impedire malum, et non impedit, aliamve ob causam peccare non pt, ~~nisi quia praestat tale auxilium, ex quo~~ malum non sequeretur. Si enim in eo nulla sit impediendi, et dandi hujusmodi auxilium obligatio, quis in pura permissione peccati patrati ab alio malum ostendere pt? antequam igitur Bellius hanc difficultatem insolubilem vocet, ostendat Deum teneri dare voluntati creatae non solum tale auxilium, ut ipsa bene operari possit, verum etiam tale quod praevideat cum se ad bonum inclinaturam.

Instabis ideo. Deus tenetur impedire omnia mala moralia quum facile possit, ergo nulla distinctio. Probatur, Magistratus praesertim ii, qui in regendis Populis agunt, tenentur impedire malum, quod facile impedire possunt; ergo etiam Deus qui hanc legem in mentibus hominum insculpsit.

R. ideo ñdo ant., ad cujus probationem concesso ante nego consequentiam. Disparitas est, quia homines suo fini consulere debent, cui sane non consulerent, nisi maximum honorem Deo ipsorum auctori deferrent impediendo etiam mala, quae facile possunt, econtra vero Deus non tenetur velle aut re-

curare hunc honorem impediendo hujusmodi mala, quum honor iste nihil ad illius beatitudinem, et perfectionem conferat. Poterat enim Deus ab hujusmundi creatione abstinere, ex quo nullum honorem ab intelligentibus creaturis accepisset, et nihilominus fuisset summe beatus, sicut modo

Instabis 2do Melius est respectu Dei impedire mala, quam illa non impedire, ergo tenetur etiam ille, sicut tenentur homines impedire mala. R. negando antecedens Melius est respectu Dei nullum esse malum morale, quam aliquod esse; ergo nullum

Ad eo inde antecedens, ad hujus probationem quo antecedens melius est respectu Dei nullum esse malum morale, quam aliquod esse ipso auctore concedo antecedens, ipso permittente nego antecedens, et consequentiam [illegible]

[illegible] cujus ipse sit auctor [illegible] efficitur Deo [illegible]

[illegible] malum prohibeat, [illegible]

[illegible] et providentia circa hominem

[illegible] [illegible] [illegible] cujus probitori exco

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] humanam

[illegible] homines impios [illegible] condemnare, hoc [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] habeat

respectu [illegible] [illegible] ad illa. [illegible] [illegible]

ut habeat [illegible] et [illegible] utilitate reipublicae [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] felicitate. [illegible] [illegible] impii

[illegible] in hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], sed

[illegible] felici [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] innocentiae

[illegible] [illegible] [illegible] turbulentibus [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] colligi [illegible] [illegible] [illegible] in

qua impii punient, justi [illegible] et illi [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] et [illegible] temporalia [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] nunc apparuit

[illegible] nulla e providentia divina [illegible]
[illegible] ut quando quo non delinquat,
[illegible] per [illegible] nemo [illegible], ut
[illegible] non [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] romanorum [illegible] divinae providentiae leges
[illegible] humana [illegible]
[illegible]
non multo [illegible]
[illegible] qui omnia [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] auctoritate [illegible]
[illegible]
omnia [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] adulatores [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] testimonia [illegible] auctoritate [illegible]
[illegible] divinae providentiae [illegible]

Video S. Doctorem eo in loco non excludere res minutas et vilissimas ab omni prorsus providentia, sed [illegible] a speciali providentia, qua regunt, et gubernant homines. Ratio autem sic intelligendi S. Doctorem triplex assignari potest: prima est, quia S. Doctor dicens, nos enim non debere tam [illegible] adulatores Dei, ut dum potentiam ejus etiam ad ima detrahimus, in nos ipsos injuriosi simus, eamdem rationalium, quam irrationalium providentiam esse dicentes, negat solummodo irrationalia habere eamdem providentiam quam habent rationalia, non vero negat Deum illis providere; [illegible] ratio, quia si S. Doctor intelligendus est, ut volunt divinae providentiae osores, sibi aperte contradiceret, cum quam contrarium manifeste doceant expositiones illae verba Christi: *nonne duo passeres asse veneunt*. Dicit enim [illegible] ab [illegible] auctore non deficiunt, et in omnibus semper [illegible] providentia, et quae in his generalia sunt, sine Dei voluntate non perveniunt. [illegible], qui aeternitatis retinere [illegible] aliquam Dei [illegible] providentiam [illegible] ratio, quae suadet hunc [illegible] negare eo loco eum minutis et vilissimis providentiam, ex [illegible], tertio certa [illegible] esse id, si in commentariis super [illegible] non ex sua, sed ex aliorum sententia [illegible] exponit; dum sit ergo, locum nobis objectum esse unum ex illis quos non ex sua, sed ex aliorum sententia exponit.

Dum [illegible] postremo loco, hoc argumentum [illegible] solvendum proponit [illegible], quod alias et nos [illegible], et [illegible]: si eventus omnes per divinam omnipotentiam constituti sint, quasi humana providentia, et solicitudo;

[illegible] vota, precesque Summo Numini, quorum multa [illegible] consilia, omnium leges; omnia sane superflua forent, consequens est absurdum, et prorsus repugnant ac contra-ctanea; ergo repugnat etiam divina providentia.

Nec preces, vota, consilia non prohibentur, ne frustra ages consilia; siquidem hac omnia in universa rerum serie, divinaeque Providentiae ordine continentur, et quidem licet determinata sit universa rerum series, hanc tamen determinationem ignoramus, eaque ad actionum nostra-rum seriem conjunctam esse cognoscimus. Quare evidens est nos revera agere debere non secus ac si nihil est de-terminatum.

Paragraphus Sextus.
De Deo Concurrente.

Hactenus vidimus, et probavimus, nihil esse, et contingere in hoc mundo, quod Divinae Providentiae non subjiciatur, modo expendendum est, an creaturae indigeant Divino concursu ad agendum. Concursus generatim importat cooperationem unius causae cum altera ob ejus exigentiam et indigentiam; ita concursus divinus est divina cooperatio Dei cum creatura agente. Duplici vero modo Deus concurrere potest cum creaturis ad agendum, mediate scilicet, et immediate; duplex hinc concursus est distinguendus, concursus immedi-atus [concursus mediatus] [illegible] creaturis confert potentiam et virtutem ad agendum, eamque illis tribuit: [illegible] dicitur hic concursus est immediatus, quia Deus producit, et attingit actum immediate potentia [illegible]

hilit.
hite quod creatoris con immediatus vo qui simultaneus etiã dicitur ã actio Dei producentis simul cũ creaturis ipsum actũ; et quia actus immediate attingitur etiã ab ipso Deo, concursus Dei dicitur immediatus.

Deũ mediate concurrere ad omnes effectus, quos creaturæ producunt, nemo est qui inficietur præter illos, qui eo non existere [illegible]. Qui enim Deũ ... cognoscit, agnoscit etiam virtutẽ, qua causæ creatæ agunt a Deo esse repetendã, sicut ab eo etiã earũ existentia repeti debet. Quæstio igitur sola est sit, nũ Deus immediate concurrat ad omnes creaturarũ actiones. Affirmativã sententiã communiter defendunt Philosophi et Teologi. Durandus vero contra unanimẽ Philosophorũ et Teologorũ sensũ negat immediatũ Dei concursum, si credimus S. Augustino, et Durandi ita propria, ut omniũ ille primus eã in scholis invexerit. Nã vetustissimã esse affirmat prædictus Doctor lib. ... super Genesim inquiens: sunt qui arbitrantur tantummodo mundũ ipsum factũ a Deo, cætera jam fieri ab ipso mundo sicut ille ordinavit, et jussit: Deũ autẽ ipsũ nihil operari. Contra hos igitur, quorũ opinionem periculosã esse censeo cum Divi magni hominis sit sequens.

Propositio
Deus immediate concurrit
ad omnes creaturarũ actiones.

Probatur ex autoritate scripturæ. Isaiæ cap. 26 dicitur: omnia opera nostra operatus es in nobis. Apost. primâ ad Corinthios ait: Idẽ Deus qui operatur omnia in nobis. Christus ipse Ioannis 5 testatur: Pater meus husque modo operatur et ego nunc operor. Ex his testimoniis clare intelligitur Deũ non

tantum concurrere ad actiones creaturae conservando in illis virtutem agendi sed immediate etiam in illas influendo. Verum permissa Teologis auctoritate, accedamus ad probandam nostram propositionem sola ratione.

Deus immediate influit in omnes, et singulos actus creaturarum; sed immediate influere ad omnes, et singulos actus creaturarum, est immediate ad illos concurrere, siquidem hoc ipso quod in illos immediate influit, immediate producit; ergo Deus immediate concurrit ad omnes, et singulos actus creaturarum. Probatur Major. Si Deus immediate non influeret in omnes, et singulos etc, hi non dependerent dependentia summa a Deo; sed absurdum est dicere, creaturarum effectus non dependere a Deo dependentia summa, quum hic utpote ens summe perfectum summum habeat dominium supra creaturas; ergo Deus immediate influit etc. Probatur Major. Magis dependet effectus ab illa causa, a qua proxime, et immediate producitur, quam ab illa, a qua tantum remote, et mediate derivatur; sed si Deus immediate non influeret in omnes, et singulos creaturarum actus, hi immediate dependerent a creaturis, et mediate, seu remote a Deo; ergo magis dependerent a creaturis, quam a Deo; ergo si Deus immediate non influeret in omnes actus creaturarum, hi non dependerent dependentia summa a Deo.

Confirmatur. Creaturae opus habent immediato Dei concursu ad existendum; ergo opus habent etiam immediato Dei concursu ad operandum. Consequentia, quia operari sequitur esse, et modum operandi, ut communiter placet Philosophis, mod

ẽndi plane respondet, sed ille seu hic modus operan=
di plane non responderet modo ẽndi, nisi Deus imme
diate concurreret ad creaturarum effectus, seu nisi creaturae
opus haberent immediato Dei concursu ad operandum.
ergo creaturae opus hñt immediato Dei concursu ad agendum.

Quaestionem aliam instituere solent Scholastici circa
modum, quo Deus concurrit ad creaturarum actionem. Qui cum
Suario putant actiones nostras v. g. cognitiones, et volitio=
nes ẽe entitates ab ipsa mente distinctas, dicunt, Deum itae
ad illas concurrere, ut eamdem, et Dei eadem sit actio. Qui
vero, qui existimant actiones creatas ẽe puros mentis
affectiones concursum Dei nil aliud ẽe putant cum Casimiro
Tolosano, quam conservationem causae in eodem statu, quam
agendo obtinet non vero solum in simplici ẽe. Ne vero quis
putet, Durandi opinionem non differre a mea sententia, hoc
ille assignat discrimen inter unam, et aliam sententiam, atque
a duplici ratione illud repeti. Primo quia Durandus vo=
lebat mentis nostrae actiones ẽe entitates ab illa distinctas,
2do quia docuit conservationem causarum rdam eodem, prorsus
modo influere in ipsos, atque causae omnino ẽe sive aliquid
illae operentur, sive non. Haec addere placuit, ne vobis i=
gnota sint Philosophorum placita circa modum, quo Deus causis
creatis suum praestat concursum.

Solvuntur Objectiones

Objicies primo Creatura hẽt vim completam agendi, seu
hoc ipso non indigent immediato Dei concursu ergo etc. Resp.
[illegible] majore creatura hẽt [illegible] agendi completam [illegible] dependen-
tia a causa prima [illegible] itra tale dependentia [illegible].

et apte instituta [illegible] sua [illegible] illa sicuti creaturæ indigent directione, quia ex se non habeant sufficientiam [illegible], ita immediato Dei concursu opus habent ad operandum, ita ut nihil unquam operari possint sine ejusdem auxilio [illegible].

Instabis [illegible] Si creatura immediato Dei concursu indigerent ad operandum, Deus non esset sapientissimus, et perfectissimus artifex; hoc falsum; ergo et illud. Major [illegible] ille artifex censetur qui, ut humana artefacta, ut horologia, et [illegible] similia, quorum [illegible] sine assiduas artificis manu perseverant; ergo etc.

Resp. nego min., ad hujus probationem [illegible] nego ante[illegible] disparitas autem est, quia artefacta non [illegible] dependentiam [illegible], cum [illegible] artifex [illegible] materiam [illegible] illa [illegible] in illa inducit formam, et motum localem; contra vero creatura habet dependentiam summam et essentialem a Deo ipso non tantum quoad virtutem agendi; sed etiam [illegible] actus omnes. [illegible] exigentia continui [illegible] immediati Dei concursus maximam in Deo perfectionem arguit, ut [illegible] connotans [illegible], et absolutum suum in creaturas dominium.

Instabis 2o Si creatura non tantum quoad virtutem agendi, sed quoad omnes actus etiam dependerent a Deo, concursus Dei esset prior et simultaneus [illegible]; ergo etc. [illegible] Divinus [illegible] a creatura, ergo non est simultaneus.

Resp. omissa majore [illegible] min. [illegible] hujus probationem [illegible] ante, nego consequentiam [illegible] autem [illegible] est, quia concursus [illegible] divinus [illegible] simultaneus [illegible] a creatura [illegible] per actionem [illegible]; [illegible]

non determinatur, atqui ipsa creaturæ determinatio est actio illius singularis, quæ divino inspiret concursus, et illum non antecellet, ergo etc.

